



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 7. An si quis reservata cum aliis integrè Confessus habenti potestatem  
in illa, ab eo absolvatur licet invalidè quoad remissionem peccatorum, ob  
suam indispositionem, tamen liberatur à ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

*Q. 7. An si quis reservata cum aliis integrè Confessus habenti potestatem in illa, ab eo absolvatur licet invalide quoad remissionem peccatorum, ob suam indispositionem, tamen liberatur à reservatione, ita ut absolvi possit à quovis approbato?*

*Resp. Neg.* Etiam si confiteatur Superiori Ordinario: quia Superior intra Sacramentum non intendit absolvere à reservatis, nisi per absolutionem Sacramentalem, quæ cum sit nulla, nihil efficit. Quòd si confiteatur habenti potestatem tantùm delegatam, adhuc certius est tunc non tolli reservationem: quia delegatus non potest reservationem tollere, nisi intra Sacramentum, ac proinde per solam absolutionem Sacramentalem validam: non enim potest illam tollere dando pœnitenti facultatem confitendi reservata Sacerdoti carenti potestate circa illa: quia hoc faciendo subdelegaret: at delegatus nequit subdelegare.

*Q. 8. An Superior potest audire sola reservata, & absolvere ab illis pœnitentem, eum remittendo ad alium ut absolvatur à non reservatis?*

*Resp. Neg.* Quia Confessio omnium mortalium, quæ Pœnitens potest hîc & nunc confiteri, est præcepta jure divino ad absolutionem, ex Trident. sess. 14. c. 5. Ergo non est in potestate Superioris ut dimidietur. Quòd si ei non vacat omnia audire, potest auditis solis  
reser-